

Codex Calixtinus: A. Picaud-en lexikoa

(XII)

Nauarri et Bascli unius similitudinis et qualitatis in cibis sellicet et uestibus et lingua habentur, sed Bascli facie candidiores Nauarris approbantur. Nauarri pannis nigris et curtis usque ad genua tantummodo, Scotorum more, induuntur et sotularibus, quos **lauarcas** uocant, de piloso corio scilicet non confecto factas, corrigiis circa pedem alligatas, plantis pedum solummodo inuolutis, basibus nudis, utuntur. Palliolis uero laneis, scilicet atris, longis usque ad cubitos, in effigie penule fimbriatis, quos uocant **saias**, utuntur... Si illos comedere uideres, canibus edentibus uel porcis eos computares. Sique illos loqui audires, canum latrancium memorares. Barbara enim lingua penitus habentur. Deum uocant **Urcia**, Dei genetricem **Andrea Maria**, panem **ogui**, uinum **ardum**, carnem **aragui**, piscem **araign**, domum **echea**, dominum domus **iaona**, dominam **andrea**, ecclesiam **elicera**, presbiterum **belaterra**, quod interpretatur pulcra terra, triticum **gari**, aquam **uric**, regem **ereguia**, sanctum Iacobum **Iaona domne Iacue**... Ubicumque Nauarrus aut Basclus pergit, cornu ut uenator collo suspendit et duo iacu-

la aut tria, que **auconas** uocat, ex more manibus
tulit.

📖 Bertsio honen iturria: K. Mitxelena, *Textos Arcaicos Vascos*, Madrid, 1960, 49. or